

Z I M A — H I E M S

Est arvis patriis dulcibus, en, hiems.
Ramos, tecta, solum nix tacite tegit.
Non vocem volucris devia avi refert,
Alis fessa volat languida per gelu.

Ninguit atque iterum trux boreas secat.
Sol iam nictat iners, mox nebulae sedent.
En senex trepidat languidus in domo,
Ad mensam dubius iam fodit in libris.

Suspirat querulus conspiciens foras:
„Nunc est ultima mi scilicet haec hiems!“
Audit haec operosa uxor et alipes.

Curis plena quidem verba alacris refert:
„Nequaquam cito tam subter humum petas,
Ver arvis patriis rursum erit obviam!“

Ljubljana.

Fecit: S. Kopriva.

V N U K — N E P O S

(Anonymus)

Est nepos is vagiens,	Hic proles nurus avi.
Est homo nepos item,	Est item profecto avi
Cui quoque est profecto avus.	Filii nepos satus.
Est ei sugitorium	Namque avo ruri meo
Atque chiramaxium.	Ortus est pater meus.
Est nepos haec parva vox,	Ergo sic ego nepos
Hic nepos infantulus	Sum nimirum avi mei.
Toto corpore est madens.	Et tum sum nepos ego,
Quodam homo modo est nepos,	Quandocumque rus eo.

Ljubljana, 1979.

Vertit: S. Kopriva.